



**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvttelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XXXIV. Engelhardus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

habitus, & omni die Magnatibus terra & superuenientibus ostensus est, donec III. Idus Octobris in Monasterio sarcophagatus, (sepultus) est. Quare etiam ad XIII. diem Octobris hæc adscribuntur. S. Willibaldus anno M. CC. LV I. in Monasterio sarcophagatus est; & quidem in medio Monasterij, vt habet Relatio de Translatione S. Willibaldi. Per Monasterium autem intelligitur templum cathedrale seu primarium. Nam quæ nunc cathedrales Ecclesiæ dicuntur, olim Monasteria vocabantur. Hinc Germanis Münster, vt iam alibi diximus.

XXXIV. Engelhardus.

Est Engelhardus rectis celer, ad mala tardus.

Hic Chorū S. Villibaldi construere aggressus est, in honorē eiusdem S. Willibaldi, sed non compleuit, quia solum sedit in Episcopatu per duos annos, vt ait Relatio de Translatione S. Willibaldi; subscriptio imaginis addit: Minus vno mense. Mortuus in Concilio Moguntino, anno Virginæ partus M. CC. LX I. cui Synodo præfedit Wernerus Archiepiscopus Moguntinus. Vide Serarium, lib. I. Mogunt. rerum cap. 33.

XXXV. Hiltbrandus.

Cunctis Hiltbrandus gratus fuit & venerandus.

Fuit de Mern, libera conditionis, inquit M. S. Codex, qui chorum occidentalem seu S. Villibaldi compleuit, & in eo duos Capellanos instituit. & completo eodem choro, S. Villibaldum III. Idus Octobris transtulit, magna cum solennitate, & in supremo altaris maioris eiusdem chori, S. Villibaldum inclusit, & chorū S. Villibaldi ordinavit in perpetuum nominari, ubi diuina clementia per ipsum multa quotidie miracula operatur. Vide Philippum in S. Willibaldi vita. Inter-
fuit